Pag. 59. 

Incipit Speculum Peccatoris

Quoniam fratres kariſſimi in via huius ſeculi fugientes ſumus dies noſtri ſicut vmbra pretereūt· Neceſſe eſt igitur corde ſolicito mēorari ſepi⁹ ꝙ noſtra fragilitas· noſtra mortalis infirmitas conſciens cogit obliuiſci Quid eſt illud qꝺ ipſe oīpotens deus noſtrū ſui gratia volēs profectū/ per beatū moyſen nobis tribuit conſiliū dicēs in deutronomio xxxij·c. Vtinā ſaperēt et intelligerēt ac nouiſſima prouiderēt Eya fratres mei· ecce feliciter poterim⁹ euadere mōtis periculū ſi diligent̄ ſtudeam⁹ ſequi diuinū conſilium/ qꝺ eſt mortis remediū· ſalutis anthidotū· peccatōis ſpeclm· cum nobis inſinuat dicēs Vtinā ſaperēt ⁊c· O ſalutifera noſtri redēptoris ſentētia/ ex q̃ nob̄ inſtructō ſapn̄e· admoītio continētie· ſpeculū prouidētie· exaltatio penitētie· acq̄ſitio diuīe gratie O admirāda boitas noſtri creatoris O ineffabil' caritas noſtri redēptoris O predicāda benignitas noſtri ſaluatōis Nos ſerui nequā ſum⁹· ſerui negligētes· ſerui inutiles· qui noſtris exigentib⁹ meritis mortē potius merui=

Inc 1304

mus q vitam. et ecce pius actor vite. ip
ſe dator venie. ipſe largitor gratie. nos
inuitat ad ſalutē dicēs Vtiaʒ ſaperēt rc
Quis niſi piturꝰ homo hec audiēs iſta
conſiderās non vehemētiſſime gratulat.
et vltra quā fari poſſit exultʒ in gaudio
ſpiritus in vtero eius. q ipſi omnipoten
ti deo. ipſi regi ſeculoꝝ. ipſi angelorū do
mino. ipſi creatori oīm creaturarū cura
eſt de nobis infirmis et miſeris ac mor=
talibus Cura ergo pmaxima nobis meſ
ſe debet quatenꝰ pre oībus et ſup omīa
ſacris eius pceptis obediat. et ea deuo=
te diligamus et ſtudioſe ea adīpleamꝰ
ve nobis imppetuuʒ. qm̄ teſte apoſtolo
miſerabiliores oībus hoībus erimꝰ. aut
deteriores ſi hec non fecerimꝰ Vere ad
exeq̄nda domī mandata occiſi et inanes
exiſtimus. niſi in pmis omnia odio habe
amus. que ipſi domino diſplicē cognoui
mus. ꝛ illa fideli corde diligamꝰ. que tre
mēde eiꝰ maieſtate placē credimꝰ. Pro
inde die noctuqʒ exorādus eſt ipſe cle=
mens et miſericors deus et domiꝰ. vt no
bis largiat auxiliū qui ſuū tam ſalutāe
preſtat conſiliū dicēs. Vtinā ſaperēt rc
O ffes kariſſimi intelligite q̄ſo que legi

tis Conſideratio enim ſententie. deſtruc
tio eſt ſupbie. extinctio eſt inuidie mede
la malicie. effugatio luxurie. euacuatio
vanitatis et iactātie. cōſtructio diſcipli
ne. pfectio ſanctimonie. ꝑparatio ſalutis
eterne Ait ergo ūt ſaperēt ⁊c. Heu heu
paucorū et ꝙ paucorū eſt iſta vt⁹ Pau
ci ſunt q̄ ſalutarē hanc noſtri ſaluatoris
ſapiāt ſententiā Pauci ſunt q̄bus eſt an
te oculos ꝓprie fragilitatis cogtio. cor
ruptibilis carnis corruptio. peccatoꝝ re
cordatio. inſtātis mortis meditatio. fetē
tis iehēne putei cōſideratio Ecce ꝙ vti
le ſpeculū peccatōis Reuera bone frater
ſi te ſepi⁹ in hui⁹mōi ſpeculo ꝓſpexēis
eris abſq3 dubio Sāpſone fōtior Dauid
cautior Salomōe ſapiētior Illi autez in
hoc ſpeculo ſe ſepi⁹ conſiderare neglex
erūt. ideo carnis ſue cecati deſiderijs cor
ruerūt Igit̄ ſi tanti viri taz hōribilē lap
ſi ſunt in culpā. in q̄bus tāta affuerit for
titudo et ſapiētia. quāta cautela. quāto
q3 ſtudio nobis eſt vigilandū. q̄bus ineſt
tanta debilitas. tātaq3 imperitia Porro
fratres tres viri iſti vocādi ideo legunt̄
in ſācta eccl'a. vt ſint fidelib9 non ad exē
plū ruine. ſed ad ſpeculū cautele. q̄tinus

nullus noſtꝝ in ſua confidat fortitudine
nullus p̄ſumat de ſua ſapiētia· ymo ſem
per timidi·ſemp reatus noſtri conſcij·ſē
per de noſtra ſalute ſim9 ſolliciti. nunq̄
noſtre corruptiōis et noſtre mortalitatis
obliti Qui veró huiuſmōi verba negligē
ter audiūt·non ſapiūt·nec intelligūt·nec
nouiſſima ꝓuident· et ſic in mortē et dā
nationez vadūt Vt igit̄ mens noſtra cir
ca prudētie ſtudiū euigilet domīca nos
hortat̄ ſentētia dicēs Vtinā ſaperēt ꝛc̄·
Hanc admonitionē ſalutiferā oculo rati
onis conſidés cariſſime. non in trāſitu·
ymo cum ſtudio et deliberatōe ſepiſſime
reuoluēdo Quia ſic̄ thus nō redolet niſi
ponat̄ in igne Jta nulle ſacre ſcripture
ſapit ſenētia niſi coacta ſit in corde Er=
go dilige hec verba et eorū ſententiā in
corde tuo impme Vtinā ſaperēt ꝛc̄· Ec
ce hic frat̄ cariſſime/tria tibi hic in hoc
proponunt̄·ſ·ſapientia·intelligētia et ꝓ
uidētia. vult ergo domin9 vt ſcias et in
telligas inſup et ꝓuideas· vult vt ſcias
vitam p̄ntem fugitiuā·periculoſā·breuē
miſerijs tabeſcentē· vniūſe vaītati ſbiec
tam·peccatoꝝ ſordib9 pollutā· cupidita
te corruptā·in breuē pīturā Quatin9 q̄

to infelicior mūdus iſte eſſe ɔſpicit̄· tan
to facilꝰ pro amore celeſtis patrie con
temptat̄· vult itaqȝ dominꝰ vt fragilem
condictionē tuā intelligas·ſic meditādo
videlȝ/ quia nudꝰ egreſſus ex vtero terre
matris tue nudꝰ reūteris illuc Et quia
terra es et in terrā ibis In huiꝰ vite mi
ſeriam nudꝰ intraſti lugēs·dies tuos in
dolore et erūpna ꝑtranſiſti. cuȝ luctu et
labore hinc exitꝰ es Intelligas ergo in
ꝙtū ſit ingreſſus tuꝰ flebilis Progreſ
ſus tuus debilis. et egreſſus tuꝰ horri=
bilis Intelligas ergo inꝙtū ſis in hac
valle miſerie exul et egrotꝰ· v̇tutibꝫ pau
per et modicꝰ. labilis et infirmus/ ac in
proxio moriturꝰ Frater felix eris ſi hu
iuſmodi intelligas/ et in corde tuo q̄ſi in
libro ſcribas Et hāc vnā quā tibi trado
regulā ſeruāe ſtudeas Vnde v̇ſus Ideo
viue deo ḡtus/ toti mūdo tumulatꝰ Cri
mine mundatꝰ/ ſemper trāſire patus O
ꝙ beatꝰ vir cuiꝰ aīa circa huiꝰmōi ſtu
diū euigilat Quā prudent̄ ſapit et intel
ligit ac nouiſſ̄ia ꝓuidet Cāiſſīe tu ergo
fac ſilit̄ Legiſti iā in hoc ſpeclo pcc̄ois
q̄d ſane ſapias/ q̄d intelligas. reſtat vt
nouiſſ̄ia ꝓuideas·ora er° cū ꝓpħta et dic

notum fac m̄ domie finē meū. et numerū
dierū meoꝝ q̃lis eſt. vt ſciā quid deſit m̄
O vtilis orō O felix contēplatio O ne=
ceſſaria poſtulatio Non plane tēpora vl'
momēta. que pater poſuit in ſua poteſta
te pſcire depoſcas Sed ꝙ ſis aduena et
peregrinus in huiuſmōi erūpnoſe pere=
grinatōis exilio Homo infirm⁹ ⁊ exigui
corporis te intelligas et agnoſcas. Ergo
vtinā ſaperēt. id eſt pterita peccata quā
tum ſint amara Jeremie. v. Vide ꝙ a=
marū eſt et malū deliquiſſe deū tuū Ma
lum eſt in culpa. amarū eſt in pēa Et in
telligerēt. i. pſentia q̃tū ſint vana Ec=
cleſiaſtes pmo. vanitas vanitatū et om
nia vanitas. Et nouiſſima puiderēt ſcʒ
eternitatē glorie. q̃tū ad bonos. et eter
nitatē mortis q̃tū ad malos. vt ſibi pui
derēt contra ſterilitatē futurā ſicut Jo=
ſeph geneſ. viij. et ecclaſtici vij. In omi
bus opeibꝫ tuis mēorare nouiſſima tua
et ineternū non peccabis Reuera frater
cariſſime ſi pn̄tis vite tue breuitatē attē
das. ⁊ quid tibi deeſt niſi agēdo deo dig
nam penitētiā. in diſciplīa pceptoꝝ ei⁹
obſeruāda. et in ſanctitate corā ipſo pfi
cienda. ſaperes ⁊ intelligēs et mortē an

te oculos tuos proſpiceres Procul du=
bio mox ſine mora ſpretis ꝓmptis· poſt
poſitis mundi curis· deſpectis carnis ille
cebris· proiectis voluptatibꝫ· contēptis
delicijs· in tua cuſtodia vigilares· ac no
uiſſima prudēter prouidēs Sapiētis enī
eſt non tam cuiuſlibet rei prīcipiuꝫ pro=
ſpicere ꝙ̄ fineꝫ exitūqꝫ preuidē Deniqꝫ
Felix eſſe cōprobat̄ qui ſic cogitat de ſup
plicio ante ſupplicīū· vt poſtmodꝫ ſuppli
cij effugiat periculuꝫ Dicis ergo michi
Paratus ſum pre oībus acquieſcē diui
no conſilio· vt ſapiā et intelligā ac nouiſ
ſima prouideaꝫ Sed que ſunt nouiſſima
mea Jlla vtiqꝫ de quibꝫ ſpiritus ſanctꝰ
tibi per ſalomonē loquit̄ vt ſuperius eſt
iam dictū· In omnibus mēorare nouiſſi
ma tua et ineternū non peccabis Non me
lius poterit caro luxurioſa domari ꝙ̄ qua
lis erit mortua ſemper p̄meditari Et ſi
talē meditationē habueris Felicē te dicēt
omēs generatiōes Meditatio enī michil
aliud eſt ꝙ̄ mentis ditatio Peroptime
mens tua ditat̄ quādo contra cūcta adū
ſantia prouidētie ſciētia illuſtrat̄ Legit̄
enim in poeta ꝙ centū lumina in capite
argos habebat Quod ita pōt intelligi

quia ex omni pte ſui intra mētis ſue cir cumſpectionē prudentiā. poſſidebat Igi tur ſi tanto ſtudio pollebat pagan9. mul to forti9 puriorē prouidētia oculū debet habē populus vel cleric9 criſtianus Es ergo alter argus/ ymo illo cautior. illo ſtudioſior. illo prudētior. vt ſapias et in telligas ac nouiſſima tua puideas Hec enim ſūt nouiſſima q̄ prouidē ſollicite ſū ma toti9 prudētie eſt vt ſcz illa hora ter ribilis in q̄ miſera aīa tua ex hoc corpu= ſculo cōruptibili timēs eſt egreſſūa Cre de michi tu qui legis hec ad huiuſmodi enī rei tremendā conſideratiōēz maluiſſe debueras puidentiā poſſidē q̄ toti9 mū di domīationē Vtinā ergo ſapēs que dei ſunt/ intelligēs que mūdi ſunt/ ⁊ puide res que inferni ſūt. profecto deū timēs ſuperna appetēs. mundū contēpnēs et in fernū horreres In illa hora nīs metuē da extrema tua. q̄s amicoꝝ. quis parētū tuorū veniēs cum gladijs et armis pote rit auxiliū ferre Non enī erit tūc qui cō ſoletur te ex oībus caris tuis Reſpiciēs eris ad auxiliū ⁊ ad iudiciū hoīm. ſed re fugiuz tuū tm̄mō eſt apud deū Cogites igit̄ tecū cariſſime/ quo timore timēdus.

quo amore diligend⁹. quo honore vene
randus ſit ipſe domin⁹ ihesus criſtus de
us noſter. qui ſalutis ꝑſidiũ ſolus ꝑſtāe
poterit poſt mortē Reduc ergo cariſſime
ſepius ad memoriaz illũ extremũ exitus
tui diem. et anteq̃ miſera aīa tua ex car
cere carnis exeat ꝓuideas q̊ vadat Iſti
us modi cōſideratio cōtritiōez cōcipit cō
tricio cōpūctionē parit cōpunctio contē
plationez. ſ. piũ et huilez affectũ in deũ
Piũ videlicz ex fiducia adiutōij diuie bo
nitatis et clemētie. huilez ex cōſideratiōe
ꝓꝑe fragilitatis et miſerie Hic lector at
tende Quid enī eſt in omī ſcia qđ hoīem
prouocet facili⁹ ad ſui cuſtodiā et omēz
iniuſticiā expellendā ad ſanctitatez in ti
more dei ꝑficiendā. q̃ ſue corruptiōis cō
ſideratio. ſue mōtalitatis certa cog̃tio po
ſtremo tremēde mortis ſue recordatō Et
enī homo fit non hō Homo quō egrote
ſcit egrotādo. egritudo creſcit. peccator
expaueſcit. cor contremeſcit. caput con-
ſtupeſcit. ſenſus euaneſcit. virtus exare
ſcit. vult⁹ paleſcit. facies nigreſcit. auis
ſurdeſcit. naſ⁹ putreſcit. ligua fateſcit. os
obmuteſcit. corp⁹ tabeſcit. caro māceſcit
Tunc carnis pulchritudo fetor efficitur

et putredo. tūc homo ſoluit̄ in cinerē et vertit̄ in vermē Ecce ſatis hōribile ſpec taculū. ſed eſt nīs vtile ſpeculū Quomā nulla artis medicina. nullaqꝫ doctrīa ſic ſuperat ſuperbiā. nec ſic vincit maliciam nec ſic extiguit libidinē. nec ſic mūdo cal cat vanitatē ſicut huiuſmōi horrēde mō tis recordatio Hoc eſt de ſtudio curioſi tatis ad ſtudium ſancte huīlitatis et de ſtola luxurie et ꝑuitatis. ad ſtolā mundi cie et ſāctitatis ſeu caſtitatis De vita in iquītatis ad vitā ſanctitatis Hoc eſt de vita fornicatiōis ad vitam beate religio nis. id eſt de domo cōuerſatiōis mundāe ad domū ſancte diſciplīe Vnde ipſe bene dictus ſpirit⁹ ſanct⁹ per ꝓphetā pecca toribus ꝑcipit dicēs in pſalmo Appre= hendite diſciplinā ne quādo iraſcat̄ do= minus et pereatis de via iuſta O q̄ꝫ ter ribilis eſt ſentētia ⁊ nīs metuēda hijs q̄ diſciplinā non apphendūt Ex hac ſpiri= tus ſancti ſentētia patꝫ qꝫ peribūt Hic eſt qꝫ dominus per moyſen ait Omis anī ma que afflicta non fuerit die hac pēi= bit de populo ſuo Notanda ſunt attenti us. verba iſta Anīa iniqua peribit que non fuerit afflicta. ſubaudi p diſciplinā

per morũ correctionẽ·per cõſcientie ſanc
tificationẽ vel purificationẽ Et dicebat
die hac id eſt in pſẽti· tẽpore gr̃e id eſt
dici huius vite Quoniã qui nõ ſuſcipit
modo tẽpus penitẽtie poſt mortẽ non in
uenit locũ indulgentie Qua ꝓpt̃ time tu
peccator·tu caro ſupba.tu vile cadauer
quẽ adhuc viuentẽ vermes q̃tidie corro
dunt·qui de tuo corruptibili corpuſculo
generant̃ contremeſce ſupbiã·proice va
nitatẽ·fuge luxuriã·apphende diſciplinã
ne pereas Vide in hoc ſpeclo q̃d es.q̃d
eris.cuius conceptõ tabes mẽſtrua.ori
go luctũ·putredo finis Vtinã ergo ſape
res ꝛc̃. ¶ Ecce frater te cõuenio·vt q̃c-
quid agant alij ſis memor ipſe tui·vile-
ſcat tibi mũdus pluſq̃ tu mundo Huiꝰ
igit̃ tante calamitatis miſeriã.conſidera
attentius et cũ ꝓpheta ingemiſcens di
cito Iniq̃tatẽ meã annũciabo ꝛ cogita-
bo ꝓ pctõ meo Quoniã in flagella pa-
ratus ſum ego· et dolor meꝰ in conſpec
tu meo ſemper Et iterũ dic cũ apoſtolo
qui flebilem condictionis humane ſta-
tum deplorat dicens Infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis hu
ius Hec ſalutifera apoſtoli ſẽtentia pru

dentem lectorẽ exigit adhuc apoſtolus cum in corpore vixit. qđ tamẽ corp⁹ mortuũ nominauit Quia qui ſapñs eſt. iam mortẽ ante oculos cõſiderat. iam ſe mortuũ reputat. cũ ſe moriturũ pro certo ſciat Attẽde ergo in illa terribili hora de qua loqr miſere peccatõis anie q̃ de mũdo exitã es. quo exitura et itura es Aderunt mox miſtri maligni. illi etiã maledicti dyaboli. illi tartarei. illi ſpirit⁹ horribiles. et peſſimi leões rugiẽtes vt rapiant predã ſcȝ tuã peccatricẽ animam miſerã Tunc ſubito horribilia patebũt loca penarũ. cahos et caligo tenebrarũ horror miſerie et tribulatiõis. terror et tremor anguſtie et cõfuſiõis. dolor horrende viſiõis. tremor tremẽde manſiõis vbi locus flentiũ. vbi ſtridor dentiũ. vbi morſus vermiũ. vbi clamor dolentiũ. vbi luctus gementiũ. vbi eſt vox clamãtiuȝ peccatorũ dicentiũ Ve ve nob filijs eue Cumqȝ hec et illis ſimilia. ĩmo milleſies pluſq̃ꝫ dici põt peyora de corp Egreſſura miſer a aĩa ĩmo miſerrĩa audierit. viderit et ſenſerit. qualis quantuſqȝ. q̃ꝫ magnus terror et timor ac tremor erit in ea Que lingua poteſt dicere Quis li

ber expónere Quid tunc proderūt ſcientie iactantia ſeculi. luxurie appetitus. cibus exquiſitus. potus delicatus. veſtis curioſitas. calciamēti ſpecioſitas. carnis mollicies. ventus inglutiuos. ciborū ſuperfluitas. crapule ebrietas. domorū constructio. prebēdarū acquiſitio. diuitiarū aggregatio Nunquid poterūt oīa iſta miſeram aīaȝ hoīs eripé et de ore horrēdi et horribilis leonis. et de maledicti fauce draconis Hanc vtinā lectioneȝ legat aliqs. ſapiat et ſane intelligat. et in corde ſuo retineat implicat⁹ peccatis. amore mundi et carnis inebriat⁹ et cecatus. cui plus placet luxurioſi cadaueris venenoſa voluptas. q̄ anime ſue ſanitas qui plus ſtudet circa martham q̄ circa marchum. cui pl⁹ eſt de mūdo q̄ de criſto. cui plus eſt de lege bouina q̄ de lege diuina. legat igiť lectionem iſtam inſipiens ille qui huiuſmōi eſt. et ſpeculetur in hoc ſpeculo peccatoris ſpecieȝ ſuam Conſideret diligenť vnde veniat. q̄d ſit. et quo vadat Perpendat ex p̄miſſis per quā ſemitā vehementer metuendaȝ per quod iter tenebroſū per quorū hórridas man⁹ miſera eius aīa trāſitura eſt

O ſtulte peccator·quia iſta conſiderare
neſcis ſiue p̄meditari. quia non vis iſta
premeditari et p̄uidere negligis Ideo ſe
pius inuadit te ſupbia·exagitat ira·ex=
cruciat malicia·vulnerat inuidia. inflā=
luxuria·fatigat pigricia. ligat auaricia
quoniā horrēda imminentia tibi tormēta
prudent̄ non reſpicis·idcirco cōtumax·in
iurioſus·obſtinat⁹ ſepe efficiēis Piger
et accidioſus ad opus diuinū accedis et
illud negligent̄ agis et deſidioſe Quare
quia non p̄uides quo vides Vtinā ſapēs
et intelligeres ꝛc· Tremend⁹ eſt illius
aſpectus vt dicit leo papa· cui p̄uiū om
ne ſolidū apertuȝ omne ſecretū· cui ob=
ſcura clarēt. muta reſpondēt· ſilencium
confitetur·mens ſine voce loquitur Sed
ille ſerpens venenoſus dyabolꝰ ſatha=
nas auſus fuit impetū facere in animaȝ
ſanctiſſimaȝ beatiſſimi Martini.qui erat
gemma ſacerdotū cui⁹ feliceȝ animā p̄=
ſentibus angelis eunteȝ in celū curabat
impedire.quō eſt tibi timendū peccatōi
et trement̄ premeditandū·q̄ꝫ horribilit̄
occurret anime tue ille doli artifex ille fi
lius iniquitatis· ille animarum hoſtis a
mariſſim⁹ Eya frater cariſſime p̄cogita

et nunq̄ꝙ a tuo corde recedat quantū illa
beatiſſima v̓go ꝑpetua/ mater dn̄i noſtri
iheſu criſti aīe ſue prouidebat· que vt le
gimus filiū ſuū exorauit· vt maligni ſpi
ritus in eiꝰ trāſitu non adeſſent O ſi tāta
et tam ſācta deo cara· ẏmo cariſſima aīa
viſionē nephādorū ſpirituū dubitabat·
quid faciet aīa peccatrix Quō poterit ſta
re ad horrendū aſpectū tremēdi vultus
eius. ad intollerabilē fetorē oris eiꝰ ad
flāmas fulfureas oculoꝝ eiꝰ Certꝰ eſto
ꝙ timor huiꝰ horrēde beſtie om̄e genꝰ
tormentoꝝ ſuperat· pluſq̄ꝙ in hoc mūdo
cogitari queat Nā propheta pauidꝰ ex
paueſcēs ad orōnē confugit dicēs Ex=
audi deus orōnē meā cum dep̄cor· a ti=
more inimici eripe aīam meā Mira res
attende quid orauerit· a timore inq̄t ini
mici eripe animā meā Non dixit a ꝓte
ſtate· ſed a timore Quare ad inſinuandū
q̄ꝙ maxima ſit pena· q̄ꝙ horribilis· q̄ꝙ in=
tollerabilis ſit terror ipſiꝰ inimici Heu
heu frater mi ſi tal' et tantꝰ tremor eſt
anime peccatrici· ex ſola viſione ſathane
quanta cōfuſio quātus horror. quāta af
flictio· q̄nta ve lamētatio eius erit tactꝰ
O ſtulti filij hominū et vani vt quid di=

ligitis vanitatem et queritis mendaciū.
Qui enī diligit iniqtatē odit animā ſuaʒ
et odibiles ſunt impi⁹ et impietas eius.
vnde pſalmiſta Nunqd qui oderūt te do
mie oderā ꝛc. Perfecto odio oderā illos
Altiſſimus enī odio habʒ peccatoes et
miſertus eſt peītentibꝫ Quare tam hor
rendam tamqꝫ horibilē non circūſpicitis
miſeriā. quare non ꝓicitis ſupbiā. quare
non extinguitis auariciā. quare non cō=
tempnitis luxuriā. quare moes veſtros
non corrigitis. quare mādatū dei ſaluti
ferūqꝫ eius cōſiliū negligent auditis. q
re non ſapitis et intelligitis ac nouiſſi=
ma prouidetis Hinc eſt ꝙ domin⁹ vos
peccatores tribilit alloquit dicēs Ego
inqt in interitu veſtro ridebo. id eſt cum
finis veſter venerit vos deriſiōe dignos
clamabo Et cū irruerit ſup vos illa repē
tina calamitas ſubſanabo. id eſt cū ama
ra mors vos morderit etna ſubſanatōne
dignos damnabo. Audi mi peccator ter
ribilē ſententiā quā ſi intelligēs ſine du
bio expaueſcēs Sed qa ſcripturas ſacs
non diligent legis. actus vite tue. mala
que facis peccata. que cūctis diebꝫ ꝑ te
facta. dicta cogitata, et opera tua mala

non ſapienter reſpicis Velox ad menſaz
tardus ad eccleſiā·potēs ad potandū·ſed
eger ad pſallendū.peruigil ad fabulas
ſomnolentꝰ ad vigilias·patus ad loq̄ndꝫ
ſed tardus et mutꝰ ad pſalmodiendum·
promptꝰ ad irā et detractionē·piger ve
ro ad orōnez Inuidie amator·criſti pau
perū pſecutor Feſtucā in alieō oculo re
ſpiciēs.ſed trabē in oculo tuo non vidēs
aliorū facta condēpnās.ſed tua non cō
ſiderās nec deſerēs Ceteros rep̄hendis
teipſū non corrigis·alios vitupas et te
collaudas.maliae inuētor·diſcipline de
ſtructor·aīcus viciorū et hoſtis virtutū
Hec ſunt que hoiez excecāt et a deo ipſū
ſepant Hec ſunt q̄ monachū efficiūt de
moniacū·conuerſū efficiūt peruſū Cleri
cum heticū·criſtianū anticriſtū Qui enī
criſtianꝰ non eſt·anticriſtꝰ eſt Non eſt
criſtianꝰ q̄ vita et moribꝫ criſto eſt cō=
trariꝰ Heu heu vir inſipiēs non cogno=
ſcet et ſtultꝰ non intelliget hec Et ideo
ſicut dicit idē ꝓpheta ſimꝰ inſipiēs et ſtul
tus peribūt Sed q̄ diſtātia eſt inter inſi
pientē et ſtultū·omīs enim ſtultꝰ eſt in
ſipiēs Inſipiēs enī dicit̄ quaſi nō ſapiēs
Multi enim manēt qui ſapiētes non ſūt
et tamen ſtulti non ſunt Multi iuſti ſūt

et multi iuſti non ſunt et tamē iniqui nō
ſunt Vis noſcē quis inſipiēs ſit et quis
ſtultus Inſipiēs eſt qui ſe a padiſi gau
dijs peregrinū eſſe non cōſiderat. qui ſē
exulē in hoc exilio non attēdit Stultus
eſt qui licet iſta cognouerit. liberari ta
men a mūdi miſeria p vite meritū non in
tendit Item inſipiēs eſt q̄ non credit fu
tura ſupplicia reproborū. eſſe parata et
gaudia iuſtorū eterna. Stultus autē eſt
qui licet crediderit tam̄ vt mortē perpe
tuam euadat et gloriā eternā caſte viuē
do. pieqꝫ conuſando acq̄rat non intendit
Iuſto ergo iudicio ſimul inſipiēs ⁊ ſtul
tus peribūt qđ tamen nō fieret ſi ſape=
rent et intelligerēt ac nouiſſima ꝓuide
rent. Ecce frater mi iam legiſti. iam
vidiſti in hoc ſpeculo peccatoris. quid
ſapias. q̄d intelligas. que nouiſſima ꝓ=
uideas. Supeſt igit̄ vt diligent̄ diſcas
et in corde tuo firmes vt ſane ſapias et
recte intelligas. vt ⁊ prudent̄ nouiſſima
tua ꝓuideas. vt p hec eternā dānationē
euadas. et cū domino noſtro ihesu criſto
vitā eternā poſſideas Qđ tibi ipſe cōce=
dat qui eſt in ſecula ſeculoꝝ deus bene=
dictus. Amen. Deo gratias

LIVRARIA DE D. FRANC. MANUEL
Inc. 1304
BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA